

quippe inbecilitatis efficacissimum iuvamentum est necessitas.

- 27) 29, 5 (*Ibid.*) Valerius 2 de disciplina militari.
 28) Libro V, 25, 9 (52 v.) Carpentum vehiculum est iij^{or} rotarum, quo utebantur matrone. Carpentum autem vehiculum pompaticum secundum Isidorum Ethimologiarum.
 29) 40, 9 (55^l) De hac re Valerius Maximus primo l. de religione.
 30) Libro VI, 20, 12 (61 v.) Seneca in tragedia Octavie:

Ô funestus multis populi dirusque favor,
 qui cum flatu vela secundo ratis implevit
 vexitque procul, languidus idem deserit
 alto sevoque mari.

- 31) 40, 3 (65 v.) *Nec novum nec inopinatum....*: Testus iuris est: Rem non novam nec inusitatum aggredimur etc.
 32) Libro VII, 10, 11 (68 v.) Valerius 3^o de fortitudine.
 33) 21, 5 (70 v.) Vidi ego scriptor huius operis anno 1388 huius etatis nostre ultime locum Rome qui Mense vulgo dicitur, reliquias certe mire et ingentis fabrice, quam suspicor fuisse dictorum mensariorum, ibi circa Basilicam xij Apostolorum et monasterium S. Marcelli, quod hodie est fratrum Servorum.
 34) Libro VIII, 6, 9 (76 v.) Valerius 1^o de somniis.
 35) 7, 17 (77) Valerius de disciplina militari § tu idem.
 36) 8, 2 (77^l) Opere precium iudicavi pro faciliiori legentium intellectu moderno ritu describere qualiter acies ordinabantur in campo ubi erat pugnandum, et quoniam in pugna presenti inter Romanos et Latinos plenius datur forma pugnantium, qualiter pugnaturi consistebant. Dicit textus quod acies construebatur ex manipulis; manipulus vero continebat LX milites, quos duo centuriones et unus vexillarius conducebant. Centuriones (puto non quod centum milites sub se haberent, sed quia plus aliis erant docti) erant conductores eorum. Cum igitur consules acies ordinarent, faciebant tres ordines. In prima acie manipuli quindecim et distabant inter se modico spacio, et antecedeabant eos alii manipuli leviter armati cum hastis et scutis, qui constabant ex viginti, erantque iuvenes pubescentes avidi ad id certamen, et continebat iste ordo triginta manipulos, vocabaturque primipilanus vel antepilanus. In alia acie erant quindecim alii manipuli et habebant tres vexillarios, quorum quilibet conducebat CLXXXVJ homines. Sub primo vexillo huius aciei vocabantur triarii, erantque veterani milites spectate virtutis. Secundum vexillum sequebantur rorarii, qui inferiores erant robore et etate factisque. Tercium vexillum sequebantur milites qui vocabantur accensi, in quibus non erat tanta fiducia probitatis et propterea duas acies seque-